Quoniam tu es domine spes
mea: altissimum posui
sti refugium tuum. Non
accedet ad te malum:
et flagellum non appropin
quabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis man
davit de te: ut custodi
ant te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt
te: ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem et ba
siliscum ambulabis:
et conculcabis leonem
et draconem. Quoniam
in me speravit liberabo eum:
protegam eum: quoniam cog
novit nomen meum.
Clamavit ad me et
ego exaudiam eum: cum
ipso sum in tribulatione
eripiam eum et glorifica
bo eum. Longitudine
dierum replebo eum:
et ostendam illi salu
tare meum. Ps. 133.
Ecce nunc bene
dicite dominum: omnes
servi domini. Qui statis
in domo domini: in atriis
domus dei nostri. In
noctibus extollite ma
nus vestras in sancta: et
benedicite dominum. Bene
dicat tibi dominus ex Syon:
qui fecit celum et terram.
Hymnus per diebus dominicis.
Salvator seculi ver
bum patris altissimi: lux
lucis invisibilis: custos
tuorum pervigil. Tu
fabricator omnium: di
scretor atque temporum:
fessa labore corpora:
noctis quiete recrea.